



VII, 2P.

2.608-2



a)

b.)

c.)

d.)

e.)

f.)

g.)

h.)

## Contenta.

- 4.) Oppositionis & Gouvernemanschafts Disputationum, monographia sive de  
sunt. Universitatibus ab anno Frankenthalen zu erlangen.  
Anno 1706.
- 5.) Ioh. Hoffmanni progr. de antiquo Francorum domo  
et tunc quondam in salinarum Francosapan.  
praesidium a Francis et fratre Franebo. 1709.  
efig.
- 6.) Mart. Roreri progr. I. - II. de Francorum domo  
Francob. 1739. sq.
- 7.) Ioh. Hoffmanni progr. de Francosapan et sa-  
linarum antiquitate Northo. 1684.
- 8.) Ioh. Fr. Müldneri commentatio de Cattenbur-  
go castro a Cattis hand procul a Salinis Fran-  
ciosini exstructo. Francob. 1757. /
- 9.) Eiusd. Abhandlung von den Frankenthalen, welche  
Wald, Suppen und Salz d. Dingel ibid. 1746.
- 10.) Eiusd. Druckhufft der Frankenthalen, Part 1.  
I. - II. Abhandlung. Francob. 1747. - 1750.
- 11.) Eiusd. De singulari modo coercendi civis moros per  
obstatum vel attestum personale, quod vulgo no-

gehalten worden, obßt den übrigen Jahren nur flau  
gunden Nachwüchsen, indire Superintend. etc. /  
Friedrichsf. 1771.

- v.) Joh. Frider. Manius seu Anton, moralisq; songes  
hallumq; uskupi Politycauatu in Nekemiu  
den Fing. Laudophilus zu Friederichswalde gehalten  
worden. Friedrichsf. 1771.
- w.) Jo. Fr. Meldner Franckusa illustris f. vitae  
quocundam virorum tam genere quam virtutibus,  
pietate, doctrina, sanctitate morum, variisq; mu-  
nerum generibus conspicuorum ante reformatio-  
nem Franckusae nationis d. c. f. 1. II. ibid. 1748. 1749.
- x.) Eust. Juncker Sign. Nachwuchsen von Daua Dispu-  
tatione Oppositione formol über haupt, als der Stadt Fran-  
kenthaler besondre. Friedrichsf. 1767.
- y.) Janckius und Wolff Oppositione Lecit, wie die Einholung  
zu Friederichswalde, wegen einer ausgesprochenen Dispu-  
tation Oppositione des Zilli aus stadtlicher Proportion gehalten. 1631.
- z.) Jo. Hoffmanni progr. c. appendo. von Friederichswalde  
Friedrichswalde. Nordh. 1692. Not. Scripta super sub  
a. - z. consignata colligata sunt.

AD  
AVSPICATISSIMI NATALIS 3  
SERENISSIMI ATQVE GLORIOSISSIMI  
PRINCIPIS  
**FRIDERICI ANTONII**  
PRINCIPIS SCHWARZBURGI  
S. R. I. QVATVORVIRI  
DYNASTAE ARNSTADII SONDERSHVSAE  
LEVTEMBERGAE LOHRAE CLET  
TENBERGAE cet.

*MEMORIAM D. CELEBRANDVM  
PERILL. ATQVE EXCELLENTISS. CANCELLARIVM  
PRAENOBILISSIMOS SVMVM VENERANDVM  
ET GRAVISSIMOS ADSESSORES  
VENERABILES SACERDOTES  
DIGNITATIS AVT ORDINIS CVIVSCVMQUE  
DOCTOS VIROS*

---

PROLV. I  
DE  
**FRANCORVM DOMO**

PIETATE ATQVE OBSERVANTIA  
INVITATOS VULT  
· M. MARTINV BORCK  
POMERANVS

---

*FRANCOHVSAE EXCVDEBAT IO. CHR. KEIL  
A. R. S. c15 CCXXXVIII.*

3

AN  
AVSIRICATISSIMI NATALIS  
SERENISSIMI AEGAE GLORIOSISSIMI  
TRINICPIIS  
HRIDERICI ANTONII  
TRINICPIIS SCHWARZBURGI  
E R I QVATOURVRI  
DYNASTIE AVNSTADTENSIS DRESDENENSIS  
PREDICANTERIA TOLKAE GETT  
MAGISTERIO D. M. CECILIANA  
CENSIL AVTOE EXCELENTIAE CONSEPTA VITAM  
ET PREDICANTERIAE SUMMI AVMPENDIA  
HOMINUM AVT OPOSI DULCE AMORES  
DOCOS AVTOS

TRINICPII I  
DE  
TRINICPII DOMO  
NETATTE AVTOA ORNAMENTA  
W. HARTMANN. BOLOGA  
LXXXVII  
LXXXVII  
V. L. S. ZIPPCCXXXVII

4  
11. 538

## PROOEMIVM SCRIBENDI OCCASIONEM APERIENS.



Veneranda antiquitatis, si quod aliud in hoc, et quae ad eum pertinent, tractu monumentum est in moenibus Francohusanis, opus, cuiuscunque cura et instituto eductum, oculis certe omnium omni qua patet agro expositum, remotissimae, si qua futura est, posteritati admirandum. Dignum ea propter id uisum duumviris, summe uerando IAC. CHAERICO <sup>a)</sup> et clar. IO. HOFFMANNO, <sup>b)</sup> quod scriptis illustrarent et celebrarent suis, ne posteritas etiam omnium saeculorum uel hoc pacto eius umquam immemor esset. Nec falsi sunt animi. quandoquidem illius sermones, et huius *commentatiuncula historica de antiqua Francorum domo et turri ab rerum peritis cum cura anquiruntur, anquisita diligenter adseruantur, adseruata in scriptis doctorum uirorum frequentantur.* <sup>c)</sup>

A. Quod

- <sup>a)</sup> Quedlinburgo oriundus, Superintendens, dum uiueret Francohusae, sermonum hic sacrorum sex imprimenda curauit uolumina, Erford, et Isleb. a. 1594. et 1595. 8. quorum secundus uoluminis primi hic facit.
- <sup>b)</sup> Per multos annos Scholae hic rectorem egit, tot sibi uiuas statuas relinquens, quot qua multum ipse polluit eruditione perpoluit, interque alia monumenta ingenii sui doctissima magna sit *commentatiuncula citata*, quam 1708. 4. Latinis litteris consignauit.
- <sup>c)</sup> V. c. KEYSIGII bibliotheca manuali historica Saxoniae superioris p. 389. Cum laude etiam huius *commentationis* meminit BERNH. DE ROHR in den Merckwürdigkeiten des Vor- oder

Vnter-

Quo ipso in his regionibus, in quibus extrarri DEO uolente  
delituerunt, si cetera ipsorum deessent, quae tamen plurima  
sunt cum in sacrum tum scholasticum coetum merita, me-  
moriā sui quam maxime longam effecerunt, uel sic p̄a-  
clare meriti. Operae igitur pretium me quoque facturum  
sperauī, si quidem de eadem materie, quae praeter ea, quae  
laudati duumiri memoriae prodiderunt, ex antiquis  
scriptis erui possunt, in medium prolatā luci exponerem  
publicae. eorum namque scrinia me non compilasse, nec  
sublatis eorum pennis mea me exornasse, intellectu facile  
erit, utrorumque scripta cum his comparantibus. Sed  
absque his consilii mei motibus esset: tamen nulla alia  
oblata hanc stylum prehendendi ut captarem occasionem,  
causam habeo iustam illam omnino, ut magnam. Qui  
enim in Schwarzburgi terras, aurea uere prata, benignis-  
sima summi Illius rerum ARBITRI uoluntate, auspiciis  
*SERENISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI ANTONII*,  
nec non consilio SANCTIORIS SENATVS sapientissi-  
mo, ego homo longinquus et alienigena Scholae prouin-  
ciali praeſidiendus clementer euocatus, pietatis publicam  
significationem differre diutius possem? quamquam id  
contristo, eam me uerbis, uti animo sentio, exprimere non  
posse. Firmissima hinc spe sustentor, qualiacunque haec  
mea, minus quidem erudite studioſe tamen hinc inde con-  
quisita, si delectationis parum aut nihil adferant, ab Eruditō  
eodem et candido Lectori in malam faltem partem ac-  
ceptum non iri.

§. I.

Vnter-Hartzes p. 279. Quid? quod Romae eam recusam rumor  
est, sed ~~adversus~~.

§. I.

## DE NOMINE DICTI MONVMENTI.

**V**etus, de quo litteris non nulla in praesentia mandare constituimus, monumentum antiquitus DOMVM FRANCORVM nominari, traditio est, ut uerbis utar uenerabilis nostri CHAERICI per manus maiorum accepta. a) Nec est, quod quis GEORG. FABRICIVM, historicum illum Misnensem, aliosque cum ipso adfirmantes, Francohusam ab antiqua Francorum sede nomen accepisse suum, b) ad testimonium citet, aut eorum auctoritate abutatur. Nostro enim sunt suppares, nec potest esse eorum auctoritas cuiquam fautrix atque adiutrix. Nos a carceribus ad metas decursuri, exponeamus ante ordine, unde sint dicti Franci, quo aevo innotuerint, quae fuerint gentes et ubi locorum suas olim fixerint sedes, quo denique fato in has appulsi sint regiones, quam disputationem instituamus, utrum ab ipsis haec domus exstructa uideatur.

§. II.

## FRANCI VNDE DICTI.

De etymo Francorum inter eruditos tam conuenit, quam inter horologia magnae alicuius ciuitatis. Antiquissimis temporibus fuisse iam, qui eos a proprio quodam duce, cui nomen fuerit Franco, uocatos putarint, sed

A 2

nec

a) Laudatorum sermonum vol. I. ferm. 2.

b) In originibus Saxoniciis libr. VII. p. 860. ut et in libro de Marchionibus Misniae, de Duce Georgio p. 44. aut CYR. SPANGENBERGIVM in chronicis Querfurt. libr. I. c. 16. recentiores sciens praetereo.

Reg. 111. - 3<sup>c</sup>.

nec defuisse alios, qui eos a morum feritate nuncupari existimauerint, testem habemus ISIDORVM, episcopum illum Hispalensem. a) Vtrorumque sententia suos successu temporis nostra fuit defensores: et illa quidem in primis IO. TRITTENHEMIVM; haec uero GEORG. praesertim GOTTF. WENDELINVM, ab Attuatica uoce *Vrang*, quae ferociam denotat, tanta immodestia dicam an ferocia deducenter, ut reliquos omnes, qui secus sentiant, delirare pronunciet. b) LIBANIVS SOPHISTA in Basilio seu panegyrico, dicto imperatoribus Constantino et Constanti, Francos nominatos putauit quasi a Graecanica uoce *φραντούς* i.e. *scptos munitos ue* friuole. Franci, bellicosi, armis et belli- ca laude commendati; unde nostris *Francorum* nomen, ait, CAR. DVFRESNE. c) A *francisca* seu *francesca*, secu- ri, qua armati olim fuerint, nomen ipsis Francorum haefisse, cum HENR. SPEELMANNO, d) persuasissimum sibi habet ISA. PONTANVS, medicus eleganter doctus, in originibus Francicis. Denique Francos sic dictos esse, quasi *freye Encken*, siue liberos seruos (in Misnia enim infe- riore

- a) In originibus libr. VIII. c. 2. p. m. 1042, 40. ed. DIONYS. GO- THOFREDI Col. Allobr. 1622, 4.
- b) In glossario legum Salicarum. Antw. 1649. uoce Salii hic; ille in orig. Franc. p. 301.
- c) In glossario, quod nuper denuo Parisiis in lucem processit, splen- dido ornatu, a. 1733. f. 678.
- d) Doctissimi huius Angli archaeologia Lond. 1626. prodiit, quam wide fol. 246, sub uoce Francisca. At multa in eiusmodi libris con- tineri, quae Germanicae originis sunt, licet falso ut plurimum ex aliis linguis deducantur, MORHOFIVS monet in Polyh. I. I. 4.  
9. p. 753, ed. 1714.

riore adhuc a rusticis serui *Encken uocantur*) siue *Francken*, nullis subiectos, ob libertatis studium, quod iis cum Friesis fuit commune, quia Romanis uicinas terras imperio prementibus in seruitutem numquam fuerunt addicti, magis probatur aliis. e) Nos quem ad modum facultatem sentiendi integrum relinquimus omnibus: ita non diffidimus, eos tam aequos fore, ut in horum sententiam discedentes nos tolerent, memores Gundlingiani illius hac in re moniti, res non est tanti, ut *saxa propterea conglobare fas sit, aut excitare ignes siue ueros siue fatuos.*

S. III.

## QVANDO INNOTVERINT FRANCI.

Antiquissima scripta, quotquot triste naufragium magno historiae bono euaserunt, perscrutanti constabit, ante saeculum post reparatam humani generis salutem tertium Francorum nullam usquam fieri mentionem. Hoc uero tempore Postumio Francos auxilia misisse, de quibus

A 3 Gal-

- e) Praeter BERTIVM et CLVVERVM, NIC. HIER. GVNDLIN-GIVS, in de statu reip. Germ. sub Conrado I, Hal. 1706. et 1730. §. II. lit. a. p. 2. IO. NIC. HERTIVS uol. II. commentary p. 228. Adi das allgem. Histor. Lexicon, Lips. 1730. p. 389. CHRIST. IVNCKERI Anleitung zu der Geogr. der mittlern Zeiten p. 161. PAVLI HACHENBERGI Germ. medium. p. 388. l.c. quamquam hic ad WENDELINI sententiam simul inclinat. De Friesis uero haud proletaria leges in obseruationibus addiplomata ab HEDA edita, & quidem in Ottonis I. diploma quoddam p. 83. infertum, quas obseruationes repereris inter MISCELL. OBSERV. ab eruditis Britannis inchoatas, et nunc a doctis uiris, in Belgio et aliis regionibus, continuatas, uol. V. tom. II. p. 248.

Reg. III. 3c.

Gallienus uictoriam retulerit, auctor est TREBELLIVS POLLIO:<sup>a)</sup> ZOSIMVS Probi imperatoris bella describens inter alia meminit praelii secundi cum Francis commissi:<sup>b)</sup> Francos ad petendam pacem cum rege uenisse ad Maximianum, CLAVDIVS narrat MAMERTINVS.<sup>c)</sup> Sequenti uero saeculo a CHRISTO nato quarto frequentior Francorum iniicitur mentio, adeoque, quod mireris, apud HIERONYMVM in uita Hilarii. Sua igitur sententia errant, quaerendoque operam perdunt et oleum, qui uel ante natum SOTERA Francos fuisse somniant, aut apud TVLLIVM inueniri contendunt. Quibus cor sapit ueritasque curae cordique est, dudum in fabulis numerarunt, somno paribus, quibus in philosophia nihil loci esse debeat, quod IO. TRITTENHEMIVS, nescio quo auctore inductus, narrare nihil ueretur, *Franci*, inquietus in annalibus Francicis, sub Franco rege anno ante Christi nativitatem XXXVII. cum Doringis, Saxonibus, Teutonibus atque Germanis perpetuum contraxerant foedus, quod usque ad obitum regis Marcomiri per annos ferme CCCCXX. inviolabiliter seruatum est ab omnibus. Ita Trittenhemius narrat, quem narrantem audiuit et sequutus est, uti saepius, multa de Francorum ante CHRISTVM gestis

<sup>a)</sup> In Gallienis c. VI. p. m. 465. Hist. Aug. Scriptt. ab VLR, OBRECHTO Argent. 1667. 8. editis.

<sup>b)</sup> Libr. I. p. 664. uerba eius sunt, δευτέρα γίγονται ἀντὶ μάχης προσ  
φέαγγον.

<sup>c)</sup> In genethl. Maximiano Herc. disto c. V. n. 4. p. 34. inter Paneg. nett, a CELLARIO curatos Hal. 1703. 8.

gestis narrans IO. FVNCCIVS *a)* Itidem surdis narrant fabulas, qui quod sibi persuasum habent, apud TVLLIVM Francorum mentionem fieri, aliis item persuadere satagunt. Frustra enim sunt cum suis, quibus usi sunt Ciceronis exemplaribus, meliora, si quidem ii sunt, qui doceri se patientur, edoceri poterunt a IO. GEORG. GRAEVIO. *e)* Evidem minime me fugit, ROB. STEPHANVM, *f)* at quantum nomen! eundem errare errorem, eiusdem haereseos reum; sed si auctoritatibus standum esset, Stephano magno commode opponeremus IO. MATTH. GESNERVM, qui inter eruditos tantum caput extulit, quantum inter uiburna cūpressi. Quem si audisset doctorem clarissimus CHRIST. HENR. WEISSIVS, profiteri publice dubitasset, *nobis Francorum nomen multo antiquius, quam uulgo credunt, uidetur.* Ipse saltem Cicero in epistolarum aliqua ad Atticum, familiarem suum scripta, inter Iulii Caesaris veteranos, quibus Pompeii bona donauerat, Frangones quoque, uel ut alii legunt Francones nominauit, quos ita dictos suspicamur ob res in Gallia contra Francos fortiter et feliciter gestas, cui conjecturae nostrae ex suo quisque ingenio demat uel addat fidem.

*a)* In chronol. Basil. 1554. in f. splendide edita p. in primis 259.

*e)* Qui Amst. 1684. Tullii ad Atticum epp. edi curauit p. 544. et in Paul. Manutii comm. p. 164.

*f)* In thesauro Latinae linguae, qui 1576. Bas. prodiit, nec ab altera editione differt.

*fidem.* g) Extremum optimum. Mirum sane, si Franci tanta uetusitate nominis clarent, nullam eorum apud Tacitum saltem, accuratisime Germaniae populos enarrantem, prorsus fieri mentionem. Maneat igitur hac in re hoc, Francos ante saeculum III. non innotuisse, qui antea modo Germani, communi gentis nomine, modo suae quisque nationi proprio uocabulo appellabantur: dum ex idoneo quodam scriptore, sed antiquo eiusque genuina lectione, probetur contrarium; quo facto, tam praefractae mentis nemo me sentiet, quin stilum uertam aut his spongiam inducam. Solamen enim erit, si quidem errauero, socios habuisse, seu potius auctores, eruditio[n]is gloria florentes. h)

§. IIII.

g) De Saxonum origine p. 20. Chemnit. 1724. 8.

h) PHILIPPVS MELANCHTHON in chrono libr. III. hoc iam obseruauit, et digna sunt Polyh. Vitеб. CONR. SAM. SCHVRZ-FLEISCHII uerba, quibus tamquam gemma nostra distinguiamus. Sunt ea, in ep. quadam haec, quod ad Francos pertinet, haud nescire debes ex priscis Romanorum monimentis defumi oportere: nec tu ipse scriptorem mibi nominaueris, qui Francorum monimerit ante Probum saeculo III. Ineptiunt, qui nomen hoc reperiri apud Ciceronempulant, falsa lectione decepti. Tritenhemius, XV seculi scriptor, nouus est, et cum adultima retro secula se porrigit admodum fabulosus p. 98. epp. selec[t]t. Vitemb. 1719. secundum editarum. Vide sis et CHRISTOPH. SCHRADERI tabul. chronol. p. 29. Brunsw. 1735. 8. HERTIVM I. c. p. 229. HERM. CONRINGIVM de Germanorum imperio Romano c. IIII. lit. c. f. 35. tom. I. Operum. Brunsw. 1730. HENR. DE BVENAV, in der Reichs-Hist. I. Theil p. 359.

Quae fuerint gentes, et ubi locorum habitarint Franci,  
quo fato, quoque tempore in has terras peruererint,  
utrumque uero uideatur simile illos condendae huius do-  
mus auctores exstisſe, id dicendum nunc restat atque  
demonstrandum: sed in praesenti id differre cogimur,  
ad rem ipsam, cuius gratia haec scripsimus accessuri.  
Libertas, sed Christianorum illa, Rom. XIII. qua in ter-  
ris his, quae est bonitas Dei singularis, fruimur facit, ut  
feliciores longe simus liberis Francis olim hic habitanti-  
bus. Quod quum probe inteligerent aliquot commili-  
tonum cum indigenae tum alienigenae, secum consti-  
tuerunt, felicitatem Schwarzburgi sub FRIDERICO AN-  
TONIO, Principe pio, iusto, prudenti uerbis quantum  
possunt adumbrare, religiosissimi sensa animi piis demon-  
straturi uotis, pro salute Patris patriae, quo non diutur-  
no magis, quam felici omni ex parte emineat domina-  
tu, adfluat rerum omnium abundantia et Princeps in so-  
lio Schwarburgico constitutus diuina prouidentia, eam  
ciuium terrarumque suarum experiatur felicitatem, ut  
illa quam olim falso uendarunt a religione uera alieni  
saeculorum felicitas FRIDERICO ANTONIO imperante  
suis terris atque regionibus propria esse uideatur.  
Tametsi uero de eadem materia dicent: tamen, quum  
suus cuique est color quasi proprius, non eadem erunt,  
quae proferent; sed intelligentem Auditorem uarietate  
delectabunt, si eruditione non possunt. Dicent uero  
ordine

B

FRID.

111. 32

FRID. CHRIST. SCHREIBER, Francoh.

Heroico carm. Lat.

IO. IVST. KIRCHHEIM, Nostras,

Oratione Lat. prof.

IO. IAC. HAACKE, Franc.

Carmine perpetuo Germ.

IO. CHRIST. MOCKEWIZ, Helder.

Eodem idiomate ligate,

inuitaturus in terras eius felices  
**IOANNEM FRIDERICVM**, Principem heredem optimum  
desideratissimumque. Hos igitur oratueros, quorum  
medii sunt Academiae Candidati dignissimi, bene-  
uole ut audiant cuncti Maecenates et Patroni, submis-  
se humaniterque rogatos uolumus, non tam propter iuue-  
nes non impolitos, quam ob argumenti dignitatem.  
Dab. Francoh. CCXXXVIII d. 24. Aug.



FRID.

Pon 16. 80. 8



S. 6.

He



B.I.G.

Black

3/Color

White


Magenta

Red

Yellow

Green

Farbkarte #13



AD  
AVSPICATISSIMI NATALIS  
SERENISSIMI ATQVE GLORIOSISSIMI  
PRINCIPIS  
**FRIDERICI ANTONII**  
PRINCIPIS SCHWARZBURGI

S. R. I. QVATVORVIRI  
DYNASTAE ARNSTADII SONDERSHVSAE  
LEVtenBERGAE LOHRAE CLET  
TENBERGAE cet.

*MEMORIAM D. CELEBRANDVM  
PERILL. ATQVE EXCELLENTISS. CANCELLARIVM  
PRAENOBILISSIMOS SVMMVM VENERANDVM  
ET GRAVISSIMOS ADSESSORES  
VENERABILES SACERDOTES  
DIGNITATIS AVT ORDINIS CVIVSCVMQVE  
DOCTOS VIROS*

PROLV. I

DE  
**FRANCORVM DOMO**

*QVA DECET  
PIETATE ATQVE OBSERVANTIA  
INVITATOS VVLT  
M. MARTINVS BORCK*

POMERANVS

*FRANCOHVSÆ EXCVDEBAT IO. CHR. KEIL  
A. R. S. c15CCXXXVIII.*